

poris manenti^p necessarium est nosse, quam deum et animam suam, quia quantum quisque deum agnoscit, tantum diligit, et quantum se ad imagi-
170 nem dei conditum intellegit, tanto animam suam sibi cariorum habebit, spiritalem vitam exercens, carnalia desideria mortificans, ut et hic de inimicis victoriam et in futuro gloriam promeretur^q eternam.

Nam sicut sine fide ad veram beatitudinem neminem pervenire diximus, et^r qui(?), nisi se ad imaginem sui conditoris factum intellegit et ipsam in^s se imaginem dignis moribus veneratur, ut deum et dominum suum agnoscere valeat, ita etiam, nisi qui^t pauca verba, que in symbolo continentur et oratione dominica, diligenter memorie commendaverit^u, nullatenus ab eterno interitu salvus erit. Nemo enim sine fide salvabitur. Quomodo enim fidem tenebit, nisi eundem fidei^v symbolum memoriter^w tenuerit? Vel quomodo ad fidem pervenire poterit, qui^x orationem, quam ipse dominus Iesus Christus conposuit omnibus ad salutem discere, non curavit^y? Ideo nosse omnes omnino debent christiani propterea reverentissimum dominum nostrum hoc tam diligenter precipere, quia^z omnes secum vult in celesti regno gaudere et eterne / mortis supplicia devita-
185 re. Nos enim rectores ecclesie dei mortem nullatenus evitamus eternam, nisi iugiter clamemus iugiterque ammonemus gregem Christi nobis commissum, ut discat et operatur, quae sibi necessaria sunt ad aeternam salutem et ea^a, que ad perniciem^a diabolus suggerat, omnimodis fugiat, dicente Ezechiele propheta: 'Si^{b42} tu non adnuntiaberis iniquo iniquitatem
190 suam, morte morieris sanguinemque eius de manu tua requiram'.

Ut⁴³ pax et concordia sit et unanimitas^c in omni populo christiano, inter ecclesiasticos autem maxime, qui viam aliis ad regna^d celorum suis sanctis debent exemplis ostendere. Quomodo ergo alios in viam veritatis potest adducere, qui per dissensionem atque discordiam seu etiam
195 propter contentiones rerum secularium, que velut fumus omnia evanescent, et ad eternum tendunt interitum? Talia ergo ne fiant in populo dei, dominus noster pacem et concordiam inter episcopos et abbates, comites et iudices, inter omnes ubique maiores et minores personas precepit observa-

p) manente Hs. q) promereatur korr. aus promereantur M. r) mit et Handwechsel(?) Hs. s) in se imaginem] imaginem in se M. t) quid Hs.
u) commendarit(?) Hs. v) fehlt M. w) memorię M. x) quia Hs.
y) curabit(?) Hs. z) quam(?) Hs. a) eam M. a') pertinentem Hs.
b) Si tu non] sit unus (von anderer Hand korr. zu Si tu non) M. c) unanimitas M. d) regnam(?) Hs.

42) Ezech. 3,18f.

43) C. 2 desselben Kapitulars.